

Vladislai, et Casimiri Ducum Cujaviae Sententia pro Brodzislae, et Mstingio fratribus, contra Alberum Episcopum Vladislaviensem.

24

In Nomine Domini Amen. Ob immutationem temporis ea, quae in ipso aguntur, simul facta cum eius motu ne immutarentur, et irritarentur, scripto sufficienti, et Sigilli impressione roborantur, ut in memoriam hominum redigantur lucidiorum. Igitur Nos Vladislavus, et Casimirus Dei gratia Duxes Lancicie, et Cujavie fecimus esse notum presentibus, et futuris haec Scripta intuentibus. Quod Dominus Episcopus Alberus Dei gratia Vladislaviensis Eulencia coram nobis cum milite Brodzislae, et fratre suo Mstingio De Molendino, quod jacet inter Chalin, et Suirceno super fluvium, qui vocatur Igowiontka, habuit in octava Michaelis Archangeli terminum comparandi, in quo termino oppressus infirmitate esse personaliter non potuit, ut in scriptis eius recepimus. Sed mittens Dominus Paulus Procuratorem suum ad dictum terminum loco sui cum litteris Sigillo suo, et totius Capituli ad nos Sigillatis, de fato molendino causam responsionis, ac acqui-
rendi, et perdendi absolutam in omnibus eidem permisit. Qui idem Paulus in
prefato.

1282
prefato termino molendino, per nos, et
nostros Barones jure in perpetuum est
abjudicatus. Et ne hec acquisitio per
suggestionem aliorum violaretur, Brodissas,
et Fratri suo Misivogio eorumque po-
steris jure hereditario in perpetuum pos-
sidentium adjudicavimus, sigilli nostri
munimine roborantes. Anno Domini
millesimo, Ducentesimo, octuagesimo,
secundo. Presentibus, Comite Lupo Palati-
no Cujavia, Jacobo Crusviciensi Castella-
no, Cristino Castellano Brestensi, Judice
Predslao, Thesaurario Alberto, et Do-
mino Philippo Subcancellario nostro,
Per cujus hanc manum soli datam fe-
cimus. Dare.